

credit, quomodo fidem dicit incredulitatem? Credit & non credit? Nullo modo. Alia erat patris, alia Christi cogitatio: patris, ut fieret gratia: Christi verò, ut faceret ultra: unde fidem eximiam vocat incredulitatem; quippe quod crediturus, perficiendum ultra fidem. Hinc dicitur: *Si potes credere*. Tantum poterat credere, quod conceperat in fidei cogitatione; sed ita in miraculo crevit mirabilium magnitudo; ut fides quam habebat in gratias, posset notari incredulitas. *Si potes credere*: obtinebis quod tibi videtur impossibile. Crede: magis quam credis, miraberis. Incredulitas hic non est, quippe sine fide; sed quia fides sine miracilli adaequatione; diciturque à credente iurè incredulitas, vel eximia fidei singularitas; quoniam profecto ultra credens fidem, quod ad libertatem filij necedum venerat in mentem. Credit, sed non in adaequationem credit, dum Christus ampliora exhibuit: igitur vindicante Christo à diabolo filium, ita insigne futurum singulare miraculum; ut specimen videretur incredulitatis à mente concepta fides: quippe pater credens, per fidem visurus erat, plus quam crederat.

12 Dixi supra, hominem Dei esse templum, illius maiestati sacrum. Consecraverat gratia, violaverat culpa: qua quidem templum demonis, quod à principio tabernaculum divinæ maiestatis: mirumque videbatur miraculum expectanti, & firmâ fide, restitui in veri Dei cultum, quod templum habitabat & habitaverat demon. Creditur, posse votum obtineri, quoniam possibile: & videtur credi non posse; quia perficiendum, ultra quod ab homine posset credi. Expellendum ab illo templo Luciferum pater credit: & non credit ipsa fide, quam promittit; quoniam et si credit factum, non credidit tam facile perficiendum. Credidit communem hostem cessurum potestati divinæ; sed fautoribus aëstis in antiquam possessionem quire reverti, ac post stabile inolitam tyrannidem, per insidias expertas, vel saltem armatum militem. Ultra quod credidit, vidit: & in ipsa fide non credidit; quippe antiquis non sopitis validis inimicitijs, non credit posse fieri pacem tantam procul armis. Aptius vernacule: *No se persuadió que fuisse con tanta paz. Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit, & demon oppressit? Minimè tantillum, sed per longum grave tempus templum hocce rationale pravus moribus dedicatum demoni; & quanvis credit à templo damo-*

Hic visa fides ultra fidem.

Ultra spem & ultra cogitationem.

Verl. 20.

nis expulsiōnem; non credidit ita brevi sopiendam hostilitatem. Uterius. Credebat pater & non credebat. Credebat quod sperabat: & in ipsa qua credebat fide non credebat; quoniam in vindicatione templi à potestate fatanæ, pater lachrymis obtinuit, plus quam credendo speravit. Unde cum in exitu ultra spem, fides sine fide sit, quia fides dubia etiam in ipsa evidentiâ; inusitato prodigio, quod pater videt, præ gaudio & exultatione ambigit ipse quod credit. Articulus rei desperata reddidit creperum, quippe ultra fidem à se conceptam, miraculum: quod quidem ita menti iam illuminatæ fulserat; ut in ipsa fide non crederet, quod credebat.

13 Zelus Catholicorum & cunctorum patris Archiepiscopi, quid poterat sperare? Templi restitutionem, & ibi habitare Deitatem? Ibi ne pervenit spes? Obtinuerunt plus & plus: etenim vindicarunt à demone templum, quod dedicerant, atque Mauri continere, quod non credebant. Credebant expulsiōnem, sed non pacem: credentes & dubitantes quod crederent; quoniam adepti & pace, quod nunquam vel credentes sperarunt. In fide qua votum abundavit, non iuxta creditum, sed iuxta indultum fides ipsa defecit: ultra spem fuit felix exitus, dum restitutus est locus. Ex dissidijs prodeunt arma, non concordia: unde in patratiōe miraculi fidei firmæ singularitas videbatur incredulitas: igitur quod ex inimicitijs astuantibus sic consequenter pacem, erat profecto miraculum ultra fidem. *Videamus hoc verbum, quod factum est, & Dominus ostendit nobis*: dixerunt pallores vigiles in die nativitatis cælestis Regis. Si offensum Verbum asserunt, quid videndum? Quid videre quibant? Plus, quod etiam credentes non comprehenderant. Credebant frui ex visione miraculo: ergo potiti voto: & quod pridem offensum videre cupiunt; quoniam fide cogitantes, quod miraculo credebant, illo viso, viderunt plusquam fide cogitaverant.

14 Observa in propositum nostrum Evangelicæ contextum. *Videamus hoc verbum*, datâ à cælo terris pace, mutud dicunt. Ubi Angelus signaverat, eunt. Por tam vident perviam: verum quid? *Et invenerunt Mariam*. Videre cupiunt Verbum divinum factum hominem, non matrem. Signa utique ab Angelo: *Invenietis infantem pannis involutum & positum in praesepio*. Quorsum primum occurrit Mar-
ria?

Unde non folum miraculum, sed infigna.

Luc. 2. 15.

Verl. 16.

Verl. 18.

Per Virginiem pax in orbem.

Deuter. 4. 35.

Causa nostra felicitati.

Prophet.

Damian.

Imago Patris, cuius Gratia committit.

Deut. 4. 35.

Cant. 5. 24.

ria? Quippe pax terris ab Angelis annuntiata, optata tot sæculis ab infelici homine, sub demonis potestate, ut restitueretur Deo, templum & eius deturpata imago, hostibus expulsis sub tartari tenebris primique Virgo-Mater occurrit, ubi pacem homo fide captivitate querit; igitur perpetuis dissidijs subiaceret homo, ni pro pace obtinenda occurreret Mater-Virgo. Causa nostræ felicitatis demonstranda, ut obsequijs grata responderent corda: Virgoque ostenditur, dum quæ ad pacem, militiæ cælestis loquitur; ut homo cognosceret querens pacem, à nullo conciliari nisi per Virginem. Infans pignus pacis videndus in praesepio: sed adest Virgo. *Dominus ipse est, & non est alius*. Sanè non est alius Deus, sed est alia, quæ Deipara, sine forma Dei, Dei admirabilis forma: equidem producens hominibus pignus pacis, in se mirabiliter conciliavit ima summis: *Mi nec amare aliam, neque ab hac desistere fas est.*

DIDASCALIA IV.

Eximie gratie Virginis præ amore in homines.

DE gaudijs properamus ad gaudia (dicam cum P. Damian. ferm. in *Virgin. nativ.*) de Virgine properamus ad Virginem, & de Maria ad Mariam revertimus: equidem ex pace data constant eius patrocinia. *Deam pacis sequebantur Gratia*: ait Chartarius de *Imag. Deor.* fol. 211. Clarent in obsequio Virginis, quæ vel à primo instanti conditionis fuerunt comites: respicitque in illam humana miserabilis natura, quippe nunquam in eius patrocinium sine gratia. *Dominus ipse est Deus, & non est alius præter eum*, dicebat populo Moyses. Non est alius præter eum, ut Conditor in auxilium hominum; sed est alia præter eum hominibus in auxilium: igitur patrocinio Virginis-Marris sublevantur labores humani generis. *Manus illius tornatiles aureæ, plena hyacinthis*. Manus Virginis, uti manus Salvatoris: etenim si manus gratiarum signum; discernuntur ab hominibus exhibitione gratiarum. Manus & tornatiles, & aureæ, & hyacinthis plenæ. In manibus collocatur Gratiarum habitatio, per quas signatur beneficij promptitudo: equidem haud Virginis videretur benefi-

cium, ni obviiaret promptum. Quicquid necessitas in subsidium petis, ad manum utique habet. Quod torno figitur, facile volvitur: gratiaque favoris dicuntur manus tornatiles: quippe ut prospicit Virgo miseriam, facile commovetur atque movetur in gratiam. Plenæ etiam manus hyacinthis, in signum vivax generositate cordis: igitur si à Maria, proculdubio gratia figitur: eius sanè agnoscitur beneficium in hominem per gratiarum plenitudinem. Hyacinthis sunt plenæ manus, ut favor etiam eluceat pretiosus. Per gemmas ostenditur gratiarum æstimabilitas: demonstrantibus hyacinthis Virginis gratias; quippe si promptitudo maximum illarum pretium; Marie super aurum atque lapidem pretiosum. Gratia sanè pretiosa, ubi petita & obtenta: multotiesque pretiosior, quia obtenta, antequam petita. Plenæ topazijs, & aureæ manus describuntur Virginis. Vid. Ghisler. & Alapid. hic. Iuxta necessitatibus momenta, rebus pretiosis & pretiosioribus conferuntur gratia. Si in commodum corporis, auri assimilantur pretio: si in utilitatem animæ comparantur topazio. Aliæ magnæ, aliæ eximie: unde gratiarum Virginis pretium, super aurum & topazium; igitur ostendens flammam pectoris præ amore in genus accensam, favor in ordine ad gratiam, atque in animæ gloriam. *Manus aurea plena hyacinthis*. Alij legunt: *Manus eius cauda pavonis*. Divitiæ olim per pavonis caudam, ut videris apud Pier. Valerian. lib. 24. cap. 2. & 3. Chart. fol. 122. in imag. Iunon. & Natal. Comit. *Mytholog.* lib. 2. cap. 4. Aptiq; pavonis plumis conferuntur manus aureæ liberales; quippequam homo semper invenit in Virgine & gratias divitiarum & etiam divitiæ gratiæ. Cauda pavonis oculis decorata relucet, equidem lumina Argi centoculi Iuno illic mirabiliter inseruit; uti astruit Ovidius 1. *Metem.* fab. 13.

Centum oculos nox occupat una. Excipit hos, volucrisque sua Saturnia pennis. Ovid. *Collocat, & gemmis caudam stellantibus implet.* Hominum molestiæ frequenter clamant in Virginem, ut eius è cælo descendat dulce levamen: caudæ pavonis oculis plenæ, manus conferuntur Virginis; ut clarent cunctis gratiæ munifici cordis: igitur quocunq; extenderint oculos, ibi videbunt protectione manus. *Argus cœlum est, vigilantia lumina flamma Eiberia, & vario labentia sidera mundo*. Pontan. *Tor.*

Gratia Virginis unde pulcherrima?

In ordine ad gratiam & gloriam.

Manus ornata oculis.

Ovid.

Pontan.

Torquent luce novâ.

Deficiunt gratiarum symbola respectu vigilantia reginæ cœli: torpent etiam sidera novâ luce: equidem in Virgine-Matre, dum præ afflictionibus gemunt homines; *Tot vigiles oculi, tot gratia subrigit aures.* Tot manus ministrant, quot ora & linguæ præ calamitate sonant.

Virgil.

Ioh. 3. 1. 2.

*Fr. ævenit fa
vove necessi-
tatem.*

2. Locum iam habet, quod promissimus *Tom. 1. Tautolog. 6. D. 17. n. 25. Nuptia factæ sunt in Cans Galileæ* (ait Iohannes) & erat Mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus. Singularis planè contextus ordo, & sententiæ variatio. Vocant ergo ad nuptias Salvatore; quare non dicitur vocavisse matrem? Quorsum huiusmodi urbanitas, ubi futura necessitas? Arriperet sanè à Virginis gratia, quo fit eximia: equidem cum præveniat necessitatem hominum in auxilium; ne affigerentur astantes, erat auxilium præventum: gloria Virginis gratia & levamen non tantum præsentis, sed & futuræ afflictionis: non vocataque dicitur, & tamen adesse, ubi celebrata nuptiæ; quippe si necessitas hominibus insidiatur, quæ semper mater, venit, quanvis non vocetur. Indigentia futura vel propter temporis pressuram vel propter economi negligentiam: & cum monito in levamen, gratiæ deturpet decorem; illustre, uti suam, ostendat patrociniū, in levamen indigentium: etenim si necessitas ventura, ita Virginis præparata clementia; ut dum afflictio accederet pro subsidij invocatione, afflictionum solamen iam esset ibi.

*Per illâ bo-
minibus be-
neficia.*

3. Vocatus est Iesus, & eius erat ibi sollicita mater. Contendunt mater & filius pro commodis hominum, in largitione gratiarum: etenim gratia est difficilis obtinebitur, si Iesus ab egentibus vocatur; & etiam mater adest, ne vocantium indignitate frustraretur: quippe quàm quod demerentur homines, concedetur statim precibus Matris. Ipsa pro hominibus orat: nemo, ut orer, illi supplicat: gratiamque petit in nuptiarum indigentiam, ut convivæ cognoscerent eximiam gratiam: etenim priusquam accederet preces, ibi Virginis manus plena gratiarum hyacinthis. Haud cognoverant superventurum laborem, perurbaturum nuptiarum hilaritatem: sed cognovit Virgo, ut subveniret, & gratiæ eximia stunderet: igitur indigentia vincula rupta manent, antequam convivæ necessitatem cognoscerent. Non expectat, quod illi sustineant: non sustinet, quod expectent; siquidem gratiam confert, antequam

*Cuncta cum
eius præsen-
tia, contem-
platur.*

innocent. Gratia Virginis magnæ tam entitate, quàm modo in hominum patrociniò: non completa gratia, modò à precibus præventa: igitur derogatur pulchritudini favoris, quicquid mereretur adorationibus preces: & cum elevet in summum patrociniū, pro obtinendo favore carentia precum; iam à Virgine cunctis concessa gratia, dum quibat prece excitari clementia. Illic ut prævidet, providet: quippe necessitates hominum cognoscit à longè. Nulla spes micare in levamen quibat, & angustia pedeterent inflabat. Pervius aditus properanti afflictioni, sed etiam non vocata Mater Iesu erit ibi; ne adesset pressura quæ aderat, quoniam ibi mater erat: unde in tanta inopina gratia, patet, quòd Virginis sit; quoniam gratia parva statim & ultra spem. Quomòdò ingredi afflictio vel levis quibat, ubi Virgo-Mater aderat?

4. Quisquis vel labijs tantum effingit precem, efformat simul in patrone maiestatem: equidem in aris (potius haris) idolorum, quæ corditus dilectores mundi adorant, pro victimis inauratis preces sacrificant, exprimentes genuflexionibus auctoritatem numinum, quæ evacuat decoratorum cerebrum, ut vocibus etiam continetur sacrificium. Unde Marialis lib. 8. *Epigram. 24.* *Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus.*

Non facit ille Deos: qui rogat ille facit. Quis in eiusmodi embolijs (quæ in Regia ludica vidi? Quæ non vidi, ambigens an opus Heraclito, vel Democrito?) unico sacrificio contentus, & tot clientibus studiosè gravatus? Questus olim Seneca. *Quis enim nostrum* (inquit 1. de Benefic. cap. 1.) *contentus fuit, aut leviter rogari, aut semel? Quis non cum aliquid à se peti suspicatus est, frontem adduxit, vultum avertit, occupationes simulavit, longis sermonibus, & de industria non invenientibus exitum, occasionem petendi abstulit, & varijs artibus properantes necessitates eluset.* *In angusto verò comprehensus, aut distulit, id est, timidè negavit; aut promisit; sed difficulter, sed subditijs supercilij, sed malignis, & vix exeuntibus verbis. Errat, si quis sperat responsuram sibi, quem dilatione lassavit, expectatione torset.* Gaudet huiusmodi numina huiusmodi fumis, ludibrijs acris, equidem thura vana, & multoties apparentia. Unde vel infatuati cognoscentes vanitatem vaporis ex igne ficto supplicantium pectoris; abinent à con-

Martialis

*Gratia mî-
di sanè ina-
grata.*

Seneca.

104

*Virgo vel nō
vocata in-
tendit in be-
neficia.*

Eth. 4. 11.

Verf. 16.

*Ministrat
protectioni
propter pî-
tatem.*

*Unde maie-
stat gratia.*

ferendo opportunè beneficio, ut vitâ precum perseveret adoratio. Lex præscribitur maiestatis, ante precem nullam conferre favorem: longè ab huiusmodi politice legis, vehemens, ingens, flagrans cor Virginis-Matris: igitur priusquam vocetur sublevamen in cordulum, demonstrat uti mater mortalibus patrociniū.

5. Industria perfidi Amani, universus Israël destinatus fuerat diræ morti. Suspenditur edictum Suis, quin deleri posset innocentium lachrymis. Vexatio acuit intellectum, ut gratia proficindi posset undique lethale periculum; nec exitum alium invennerunt corda inter prementem angustiam, quàm recursus ad Esther, regis sponsam. Consilium placuit, sed ipsa sibi magnum discrimen invenit. *Quomodo ad regem intrare poterò, que non sum vocata ad eum?* Ideò: respondit Mardocheus, ut rotatum patrociniū cognoscat populus: etenim gratia protectionis haud fulget magnitudo, ubi sine micaverit labore protectione. Iecit alcem regina, corde pro afflictis commoto, dixitque: *Ingradiar ad regem contra legem non vocata.* Quid ergo eximio erga populum amore, quod in eius protectionem non vocaretur, vel vocaretur à rege? Eximia protecto gratia: igitur summa, quòd erga regnum ostenderet patrociniū, etiam si rex nullum loqueretur verbum. Si ingrederetur vocata, pretio precum protectio non gratia esset, sed iustitia: & non vocata accedit in protectionem, quippe favet duntaxat propter pietatem. Non vocata in subsidium, et si nullum aliud præter illam esset tribulationis effugium; ut effulguret flamma singularis charitatis pro solamine afflictè atque saucij cordis: equidem si videt angustiam, ipsa se invitat ad gratiam. *Contra legem non vocata* ingreditur, & tunc amor magis plauditur. Lex est amoris, & etiam lex maiestatis. Contra maiestatem erat, non vocari: contra amorem vocatam pro indigentia afflictorum ad regem ingredi.

Duplicis opposita legis prenit animum tenor, sed vicit invincibilis amor: igitur non vocata ingreditur contra maiestatis legem, ob ampliorem favoris atque gratiæ maiestatem. Ultrâ. Dolor afflictorum cupiebat Reginam vocari: non vocari cupiebat amor Regina; ut lex amplius rutilaret amoris, fracta lege maiestatis: equidem si vocari, propter preces beneficij patet umbra; non vocari & subvenire, gratia plena: presis forè per illam patrociniū apud regem invenire, quanvis pro indulgi impetratione non vocent,

6. Quis enim nostrum contentus fuit, aut leviter rogari, aut semel? Virgo-Mater. Ante precem lex maiestatis in mundo inficiatur favorem: Deipara utique abrogat huiusmodi legem: equidem ab illa & per illam obtinentur beneficia, licet illa non vocata. *Cum duæ leges inter se discrepant, videndum est primum, num cuius abrogatio, aut derogatio sit:* ait Donatus in *Terent. Hecyr.* Leges pietatis prævalent in pectore Virginis: etenim inter legem maiestatis, firmatam precibus, & charitatis legem, confirmatam protectionibus; abrogat pro hominibus maiestatis tenorem, ingreditus in patrociniū, non vocata contra legem: igitur in pectore Virginis lex tantum quæ lex amoris. Necdum quæstio olim politice excitata, hucusquæ à criticis erga gratias decisa: nimirum, an templum Gratiarum erigi oporteret in publico, vel in secrete? Vide Senecam lib. 1. *Benef. cap. 3. Luc. Contil. in Emblem. Chartar. de Imagin. Deor. à fol. 353.* Quæcumque in cuivis voti propositum congeruntur, ab adversarijs pro cuiuslibet ingenij, vel genij acumine disspantur. Quis tanta moles sententiarum hoc in cardine vertitur. Si Gratia in publico, gratia grata, quippe unicuique obvia: in secrete gratia gratior, igitur exulat recipientis pudor: ampliùsque placet, dum favorem cognoscit, qui tantum recipit. Dirempta est politica disquisitione, dum Mariam uti Gratiarum templum possidet homo. Et secrete & publice favet, atque multipliciter patrociniū extendit. Publicè, quippe templi habet portas pervias in gratias. Secrete, quia plures à Virgine accipimus, quàm cognoscimus: unde clam & palam fit protectio; ut respondeant protectorem corda, collata, præut unicuique placuerit, infigi gratiæ: equidem si palam accipientis fugit pudor, clam conferentis Virginis fulget amor.

7. Illa de se dicit: *Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis.* Platanus in umbram nota. Vide plura apud Plin. lib. 12. cap. 1. Et Cœl. Rhodig. lib. 25. cap. 1. Unde Virgilius, 4. *Georg. verf. 146.* inquit:

Ministrantem platanum umbram. Virgil. Folia habet adinstar scutorum. Quò intuitu Themistocles (ut ait Plutarch. in eius vit.) se platanum Græcorum vocavit, dum in Athenas inimicus irruit: equidem in subsidium afflictorum, umbram non aliam respiciebat, neque scutum. Nil mirum, Mariam Virginem similari platanum, ubi à

Donatus.

*Præter respi-
cit legem
amoris, quæ
maiestatis.*

*An templi
Gratiarum
publicè vel
subterraneè?*

Ecclesi. 24. 29

Virgil.

105

Scutum precasorum.

tot hostibus continuo premitur homo: igitur cum illa cunctos protegat, atque defendat, fugientes iudicis iram, timentes criminum poenam; neque sursum neque deorsum aliud cogitant effugium: venientes profecto umbra salutari protegit, & sculis foliorum ad sagittarum defendit. Hinc dicitur: *Mille clypei pendunt ex ea. Trophaea sunt signantia vota, & protectione potita: clypeique pendunt ex mystica in protectionem platanis, ubi trophaea erigit in honorem Virginis pectoris gratitudo; quippe quod magis illam homo, ut par est, veneratur, magis ac magis clypeis gratiarum protegitur. Folia platanis adinstar feutorum sunt arboris ornamentum: aptius in Virgine pia: mille profecto clypei pendunt ex ea, ut cunctis occurrat gratia; equidem cum sint multa & praecura quae commendat Virginem, & astringant eius honorem; clypeis dant taxat fulcitur, quoniam gratijs solummodo protectionis ornatur. Frequenter homines hostium patiuntur incursum, per tot vite malicia ac fragilitate anfractus. Mille hostes, mille nocendi artes, mille iacula; ceterum mille clypei pendunt ex ea: equidem interposito scuto eludit validos ictus, & sagittas retorquet in adversarios. Mille clypei. Ambrosius in *Psalm. 118. Mille ostia pendunt in ea.* Scuta & ostia mille, ut moveantur homines in Virginis protectione: equidem si in adiutorium mille scuta ex illa pendunt, mille etiam ostia ingredientibus patent. Ostia & scuta, ut homines in tuta fugiant, & patrocinium inveniant; quin excusentur, quominus proprijs utilitatibus vacent, quando tam fores, quam clypei ante lumina pendunt: igitur dum se praebet Virgo ingredientibus ostium, persequentibus fugientes, sese opponit uti scutum.*

Ambros.

Unde in fine patrocinijs.

8 Iam ergo diximus de platanis ornatu: cogitandum est de situ, in demonstrationem patrocinijs Virginis. *Quasi platanus (dicitur) iuxta aquas in plateis.* Quomodo si a plateis longe aquae, exaltatur pulcherrima platanus utrobique? Platea in hominum destinantur concursuum: in deserto, aut in occulto clarent exitus aquarum: unde igitur platanis umbrosae exaltatio in publico & in occulto? Ex ingenio protectionis Virginis, propensa gratijs in homines. Alijs placent gratiae, quia obviam: alijs autem clam collatae: & in secreto, ac publicius platanus eminet, ut fiat gratia, praerant unicuique placet. In plateis occurrit, in secreto favet: & pro ingenio

protectionis exaltatur Virgo platanus iuxta aquas & in plateis; quippe si accurrentes protegit, clamantes etiam in secreto defendit. *Vividius: Iuxta aquas in plateis.* Ubi magis? Templum illius gratiarum collocatur coram oculis, & etiam in secreto pectoris. Ubi videtur & ubi non videtur: utrobique insigne patrocinijs, sed iuxta aquas gloriosius plauditur templum; quoniam plura beneficia secreto cordibus facit, quam publicitus invocantibus gratiose confert. Qua in plateis, cognoscuntur: quae iuxta aquas, ignorantur. Nescit homo quaeque ab illa beneficia accepit, nisi Virgo revelaverit; ut respondeat gratitudine iuxta momenta sollicita cognitionis: unde exaltatur quae iuxta aquas, in plateis gratitudinis, ut constet, quae beneficia cunctis fecerit fecit. Deinde: Aqua designat cordium angustiam, cuius fluctus intrant saepe usque in animam: & iuxta aquas platanus plena clypeis exaltatur, ne homo de distantia protectionis excusetur: equidem si accedunt catervatim animabus anxietates, platanus eminet Virgo iuxta aquas tribulationis.

Plus favet in coram, scilicet, quam in publica miraculo.

Haec ara tuebitur omnes.

Hinc non dicitur platanus sita, sed exaltata. Habet Virgo-Mater innumera charismata, quae iure exaltatur super terram & caelum; sed propendet, quia mater, in hominum patrocinijs: & non exaltatam gratiam. *Illi gloria, que hominibus dicitur.*

Proxima offitium.

Virgil.

Illi gloria, que hominibus dicitur.

9 Gratias natas cum Amoris genitrice factum ab Antiquitate. Thronus erat caelum, claudae preces iacebant ad ostium, quod quidem duplex, sicut duplex caeli clavis. Vide Vinc. Chartarium ubi supra de *Imagin. Gratiar.* qui quidem in *Iano*, fol. 29. & 29. subdit: *Pro caeli ianuis astare. Quare nostra illuc preces haud potuissent pervenire, nisi is aditum patefecisset; imò erat necessarium, ut manu fulcreretur, quo inambulare possent: preces enim claudae, vultu, maesto. Caeli porta duae, altera ad orientem per quam Sol, orbem terrarum illustraturus emergit: ad occidentem altera, ex qua oriens. Illustris fictio! Attamen non ex fictione, sed ex veritatis specimine. O prisca falsa fides! Dicam cum Martiali lib. 9. Epigram. 36.*

Artibus bis semper

Plurima dum fingis, sed quasi vera refert.

Imagines precum genitricis quoque Amoris. Chartar.

Martial.

Clau,

Preces claudae & vinctae.

Claudae sanè preces, adstricta vinculis, quippe ultra alienum iuvamen, ne movere possent pedem. Vincula precum describuntur, dum genitricis amoris beneficia designantur. Plura numerata, sed plenissima gratia, qua eminet in protectione Maria: equidem prius vincula criminum rumpit, filium adoptione accipit, postque coronam imponit. Cuncta tempora amplectitur gratijs, in felicitatem sollicitans homines. Audi Bernard. in *Florib.* ex quo Alapide in 8. *Epist.* ad Rom. *Non sunt condignae passionibus huius temporis ad praeteritum culpam, quae remittitur; ad praesentem consolationis gratiam, quae immititur; & ad futuram gloriam, quae promittitur.* Praeteritum, praesens tempus signatur, atque futurum: equidem per Virginem, uti dixi alibi, peccatores veniam, iusti gratiam, & coronandi consequuntur gloriam.

Bernard.

Virgo quomodo omni tempore fa-veat?

Ecclesi. 1. 2. 4. Mater amoris.

Cant. 1. 4. 7. Trahitur amore cum Gratiarum sollicitate.

Solebam mihi precum.

cò bina clavis tradita nutrici amoris, dum expectant ad ostium debiles hominum preces; quippe si peccatis caelum criminosis clauditur, spes veniae non amittitur, appropinquante cordis deprecatione, & intercedente Virgine: siquidem licet demeritum claudat; caeli regina habet claves, ut aperiat. Duo ostia in throno Virginis collocantur, ut cognoscat homo Virginis successivum patrocinijs. Aliud est gratiae, aliud gloriae: equidem in mortem aperit ianuam in gloriam, quae peccatori uti mater patefecit ad gratiam. Videte, quale Virginis auxilium, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum: equidem si dolor premit, si afflictio urget, si cor dolet, si privatio gratiae pungit, si appetitus gloriae angit; idem est, invocare Mariam, ac habere in optata portam apertam. Duplex ergo micat ostium respicientibus in caelum. In uno patent preces, in altero gratiae comes Virginis: alia porta exitus, alia introitus. Heroicum profecto symbolum pro promptissima in Virgine expeditione gratiarum: igitur egrediuntur gratiae abundantes in tranquillitatem cordis, quae per aliam portam ingrediuntur tanquam preces. Preces convertit in gratias, pretiosa Mariae benignitas. Illustris transformatio, verum illustrior dilectio, cuius fiducia surgit & resurgit labilis natura humana: quippe quam preces, quas concipiunt, gratias obtinent, si semel tantum ostium Virginis pulsaverint. Denique: signabant amoris matrem in orientem ostia & occidentem. Haud quadrat numerus portarum in Virginis patrocinijs. Plures sunt portae, quia plurimae gratiae: igitur suam protectionem Virgo arbitraretur levem; ni extenderet patrocinijs in totum orbem.

Et cunctas vix afflicti thronum.

Cur duplex ostium in throno Virginis.

11 Patrocinijs Israelitis fuit Arca foederis. Ibi cunctorum solatium, quippe quam ibi indulgens propitiatorum. Si caelum ferream, si terra aenea, flectebat in destinata obsequia foederis Arca. In languores fulgebat remedium, in afflictiones solatium, in egestates subsidium, in bella seutum, in incursum propugnaculum. Unde qui victi clamabant: *Afferamus ad nos Arcam foederis Domini, ut salvet nos de manibus inimicorum nostrorum.* Inutilis sane praesentia, ubi clamantes pro peena, gravati culpa, & absque ulla poenitentia; cogitantes super vacuè nascisci posse victoriam, quia secum habebant Arcam, quasi propitiatorum in iuvamen, & propulso-rium in hostem, illis improbè frangentium

1. Reg. 4. 30.

Iuvat Virginitatis praesentia, ubi absque culpa.

Et bus

bus inclusam legem. Ex Arce structura nitet etiam clementiae ac pietatis fabrica. *Facies* & quatuor circulos aureos, quos ponet (dicitur Moysi) *per quatuor Arca angulos*. Quorsum igitur circuli, & quatuor, in Arca ornatum? Ibi erat afflictis propitiatorium. Orbem circulus signat, & umbra in Deipara veritatem demonstrat: equidem si in Arca optata protectio, exercet modo excellentiore Virgo: circuli quoque politur, ubi propense afflictis propitiatur; quippe Virginis, matris amoris, auxilium, non his aut illis, sed in totum unicum. *Circuli per quatuor angulos*. Anguli sunt partes orbis: unde Virgilius 7. *Aneid.* v. 225. accinit.

— *Si quem extrema refuso Submovet oceano, & si quem extenta plagarum*

Virgil. *Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.*

Si solum essent duo circuli, signarentur protecta dux duntaxat orbis plagae: quatuor quoque circulis ornatur propitiatioem Arca, qua expressa Virgo Varia; quoniam dum invocatur ad iuvamen, patrocinium extendit in totum orbem.

Et medicina. 12. Publica cunctis ostenditur medicina. Retorquendus obiecto nobiliori Claudianus *Epigram.* 3. v. 68.

Claudian. *Publica morborum requies, commune mendacium*

Auxilium, praesens Numen, inempta salus,

Cant. 7. 4. *Iecirco Oculi tui (alloquitur sponfus) sicut piscina in Hesebon, quae sunt in porta filiae multitudinis.* Nobilis erat piscina Probatica, uti domus miseracionum, in cuius porticibus iacebat multitudo languentium.

Ioan. 5. 3. Utique, sed unus duntaxat sanus fiebat, a quacumque detineretur infirmitate. Oculi thronus, sedes quoque gratiarum sunt: unde dum respicit Virgo, in qua afflictionum spes, non Probatica confertur, sed piscinae in Hesebon; quippe non esset languidis publica salus, modo tantum sanaretur unus. Longe a patrocinio Mariae specimen piscinae Probatica, iacebat ibi languentium multitudo: quae sane piscinae contrapositio: equidem si quos Virgo respicit, in salutem restituit; minime in Virginis auxilia quadrat; si egrorum ibi multitudo iacebat. Piscinae ergo in Hesebon conferuntur iure Virginis oculi, igitur communes omnibus gratiae, quae favet & fovet, quoscunque respicit: quandoquidem in Hesebon multitudo medicaminum, si in Probatica piscina iacebat

Ni favor univrsalis, nequaquam Virginis.

anxie multitudo languentium. In porta gratiae sunt, multitudinibus: plaudunturque aspectus ut piscinae in Hesebon, quae sunt in porta filiae multitudinis; quippe ad omnes extenditur protectio Virginis Matris. *In porta filiae multitudinis*. Syr.

Syr.

Recipit uti mater; peccatores, & omnes.

In portis multitudinis. Iam duplex ostium, quod signatur tanquam unicum? Insignitur peccatorum propitiatio, cuius enixe fatagitur Marla Virgo. Si unicum in salutem haberet ostium, iusti duntaxat inventum ingressum, peccatoribusque pro venia nec concederetur rimula: ostia quoque habet in auxilium multitudinis; quoniam recipit ut mater etiam omnes peccatores. Hesebon Hebraice sonat summam aestimationem & dignitatem. Habet Virgo Mater ut summum, in peccatores obsequium, vendicans sibi in gloriam quamlibet illis largitam gratiam: igitur quasi amplioem nullum haberet honorem, receptionem peccatorum aestimat ut dignitatem. Aestimatio sequitur dignitatem Matris: ut patrocinium quanta effulgeat aestimationis, admittit in gremium, quibus celum claudidit ostium; dimissa culpa, illapsa gratia, reductis in salutis ovile, qui ad portas appropinquabant inferni: aestimatioque proponitur, dum favere Virgo peccatoribus dignatur; ut grati respondeant recepti in Virginis patrocinium, qui nullum in alio praeter illam inveniunt. Oculos misericordes in peccatores convertit, & dignitate clarat

Coram solatiu,
Cunctis auxilium,
Agris remedium.

13. Haud quia omnibus obvia gratia, & pervia porta, adenda sine dolore cordis & criminum penitentia. Textus praefatus indicat. *Oculi sicut piscinae in Hesebon, quae sunt in porta filiae multitudinis.* Oculos misericordiae nascitur anima, si fuerit filia: equidem matri non obsequitur, qui filium criminibus atque iniurijs infectatur. *Non malis moribus Virgo impetenda:* ait Novarin. in *Umbr. Virgin.* Excurf. 28. n. 762. equidem Virgo non imploratur, quum criminibus impetitur. Filia debet esse anima, ducta ad Virgineum cum criminum penitentia: meditatioque oculi conferuntur piscinae in optatum patrocinium; quoniam respicit in gratiam visis aquis lachrymarum. Est refugium peccatorum, non peccantium. Parvi habetur in mundo, qui infelix; verum non a Virgine, quae semper mater. O summa mundi felicitas! O insensatum peccatorum pra-

Quando anxie frades favori?

Novarin.

Refugium peccatorum, sed non peccantium.

pravitas! Haud gloriam habet ex improborum invocatione, sed ex iniquitatum penititudine. Quid ergo illi devotio nostra, tota Christi lege fracta? Iure tituli in obsequium obstricti sumus, quando Matrem appellamus. Mater nequit esse sine filio, mutua sane inter utrumque relatio, ubi homo noxa a filiatione degener, illa nequit esse mater.

14. Cuidam huius farinae, ut refert Gran in *Specul. exempl.* pleno iniquitate, sed vacuo dolore clamanti in Virgine: *Monstra te esse Matrem;* ostendit ex invocatione tedium: & ut in meliora converteret animum, dixit: *Monstra te esse filium.*

Respondent materna viscera, & genitricis protectio, ubi ad unguem titulo filiationis respondet homo. Quanti Lacedaemones penderent libertatem etiam per mortem; non ignorabit; qui epistolae Stoici Cordubensis legerit. Nomen, consentiente matre, duo filij dederunt Laconice severissima Militia. In praelium progressi, certamine inito, Marte dubio, dum urgerent vulneribus hostes in vulnera; unus ex illis proiecit ad pedes arma, servus inimicorum factus; dum alter in fervore conflictus, estis conruit, vindicatus tamen cecidit. Hic clatus in scuto ad flebilem matrem, gratulantibus de alio incolum, estis in hostium servitium; aspis praerubore calcata respondit: *Iste meus est, secus ille.* Ita Plutarchus in *Laconic. Apophthegm.* Non uterque? Nullo modo. Utrumque non peperisti? Indubium, sed nullum filium in servum. Genuit, ut de cunctis inimicis triumpharet, & nulli ignaviae foecordia cederet: ut irruens per acies conglobatas hostium, etiam per vulnera arripere sibi triumphum, & virtute redimitus, in civitate exaltaretur gloriosus; nequaquam ut viveret ignominia generis, propudium matris sub hostium mancipatione: unde quem genui, filius non ille; equidem nec sum, neque possum esse mater, cuius filius non est liber. Quid ergo Catholici dicemus ad haec? In Christo Virgo-Mater genuit nos. Invenimus uti matrem, quae odit, quod amamus crimen? Gignit alitque filios in libertatem filiorum, ut certaminibus consequantur triumphum, cum militia sit vita hominis super terram, ut post certamina super accipiat coronam. Unde inter signa peccatoris & iusti; *iste meus est*, loquitur, *secus ille*: siquidem nec nomen inveniet matris, qui sese dedit in servitium daemonis. Quo iure invocabit matrem, qui in voluntariam prolapsus est servitum,

Nec nomen inveniet matris, qui sub servitute demonis.

& amicum amplectitur matris hostem? Agnosceret sane, si certaverit, si victorem vicerit, quavis vulneribus corporis cadat, & vita incurvis evanescat: igitur prius debet eligere mortem, quam turpi servitute offendere genitricem. Diligentes diligit, & qui diligunt, cognoscit per obsequiorum perspicuum exhibitionem, matrem filiorum latantem. Intendit peccatoris audacia, quia colit iudicis matrem, offendere iudicem? Hocce minime matris cultus, sed pervicacia in scelus: etenim matrem obsequio verborum colit, atque filium crucifigit. Quis igitur compos mentis arbitrabitur, magni habendum vocum plausum interficientis & sine merito filium? Decidant ergo a cogitationibus suis, quippe secundum multitudinem impietatum eorum expellet eos: igitur plus indignationem irritant, quam adorant. Maius & verum obsequium Virgini, non peccare: si iam factum, poenitere: etenim qui corde dolet, & gratiam quaerit, ut filius si per eius efficacem protectionem; inveniet illam ut matrem.

15. Excellentiam Virginis, quasi exercitum muneris, ideoque obsequium atque blandimen amoris, ut scirent homines quod confugium & effugium in gravi calamitate; ostendit Christus in cruce. Iam iam moriturus dixit matri: *Mulier ecce filius tuus.* Deinde Ioanni, *Ecce mater tua:* & accepit eam discipulum in sua. Beda, & alij, *in suam*, id est, in suam matrem. Grave occurrit argumentum. Si ille accepit ut matrem, quare tacet sui in alumnium acceptionem? Amplioris sane momenti, quod illum illa in filium acceptaret, quam quoddam illum ille uti matrem fusciperet. Cur igitur silet, quod Virgo in filium accepit? An quia noluit? Cogitatio utique amoris Virginis noxia. *Maria semper est Maria:* ut dicit, quod supr. Novarinus, *cap. 54. num. 17. & 39.* Si aliquid obest, semper pendet ab homine; non a Virgine: quandoquidem amor eius in filium sane fuscipiet, quicunque velit. Relatio maternitatis pendet a Filio, sicut a termino. Homo vel vult esse Filius, vel non vult: terminus utique relationis est: si ille respondet ut terminus perficiens obedientia relationem; Virgineam necessario possidebit uti matrem: verum illa non accipiet, nisi ille velit. Homo vellet illam habere ut matrem in patrocinium, sed se relationis tantae non gerere fundamentum, in quo vertitur summa felicitas, & stat clara Virginis maternitas. Fallitur vanam fidu-

Ec 2 cia,

Plutarch.

Ioan. 19. 26

Beda.

Novari.

Si aliquid obest, pendet ab homine, non a Virgine.

exhibitio praefiguratur operum : iamque credenti ophthalmicus Christus imponit manus; quoniam parum prodest fidei lumen sine operibus. Rogabant discipuli, ut caecus videre posset; quòd illum tangeret. Cur ergo super oculos aliquatenus videnti, non tantum manum, sed manus imposuit? Digiti manuum sunt decem, quæ signantur præscripta Decalogi: manusque imponit super iam credentis obscure illuminatum oculum, ut doceret credentes qua & quali fide credendum: etenim abicit in præmium illuminatorum fidem, ni adimpleat in testimonium fidei totam decalogi legem. *Significat ob imperfectam fidem (inquit Chrysostr. hic) oculos non esse omninò apertos.* Aperiuntur per fidem, sed imperfecte: plene autem operum exhibitione: manusque super oculos imponit, non tam ut clare videat, quam ut planissimè credat; quippe ni tota lex adimpleatur, partim aut nihil à credente videtur.

II Ulteriùs. Articuli digitorum indicant fidem: manus verò indicant legem; manusque Christus super oculos imponit, postquam iam illuminavit; quoniam sine mandatorum operatione, ad salutem credentium inefficaces articuli fidei. Per fidem datur introitus in Ecclesiam; sed non in gloriam: operibus huius aperitur ostium: hæc eundem: & fide sola accedentibus iure clauditur ianua, fide amplius gravatà conscientia: etenim grave, per fidem in Ecclesia credere habitare Deitatem, & profundare pravis operibus totam legem. In anima introeuntis limen sacrarij, debet esse odor, sicut odor agri pleni. Hinc ingreditur in templum vacuus, qui cum fide & sine operibus: equidem cum opera adimpleant fidem, ut possint obtinere benedictionem cælestem; apparet animæ vacuitas, atque in templo credentium miserabilis inanitas; quoniam deficit ad odorem plenitudo virtutum, sine ulla prorsum operatione credentium. *Hæc erat plena bonis operibus:* dicitur de Tabitha. Si deficeret opera, non esset plena. Fides quasi flos est, ex qua fructus iuxta genus suum; diciturque respondentibus operibus fidei, odor virtutum sicut odor agri pleni; quoniam nullam fidem credenti confert utilitatem, ni accipiat à virtutum operibus plenitudinem. *Pleni* debent esse credentes in

Testimonio legis aservitar fides.

Chrysostr.

Non bene conveniunt Deitati reverentia & ruis frastra mandata.

Gen. 27. 27.

Quid fides plena?

Act. 9. 36.

Coloss. 4. 12.

omninò vacui sine legum plenitudine.

12 Hinc de cæco dicitur: *Resistutus est, ita ut clare videret omnia.* Quid ly *Resistutus*? Visus? An postquam Christus illuminavit, lumen concessum amisit? Nullo modo. Cuius ergo resistitio? Per visum, ut dixi, fides signatur, & dum Christus imponit manus, habenti ipsa fides restituitur; quippe ni in manus videret legem, quasi non haberet fidem. Clare iam videt objecta, dum legum videt præscripta. *Cæpit videre: impositis manibus fecit videre:* inquit Caictanus hic. Fecit obscure, dum illuminavit; & clare, ubi oculis habere legem: equidem nihil utilitatis visurus fidei illuminatione, sine legum plenitudine. Hoc est propriè, lucem abscondere in manibus; ut dicit Iobus. Sunt inter catholicos, qui lucem ostendunt, & lucem ipsi manibus abscondunt: igitur cum lux sit fides, & manus symbolum operationis; qui nullam habet fidem astruentem operationem, abscondit manibus lucem: ceterum qui legem, ut fides iubet, custodit; lucem manibus ostendit: quandoquidem sine operibus nequeunt esse lacernæ ardentes in manibus: ardente calore fidei, ubi lex lucet operum exhibitione. *Ubi est, qui natus est Rex Iudeorum?* Inquirunt Ierosolymis Magi: *Venimus adorare eum.* Fecerunt, ut dixerunt: igitur intrantes domum, invenerunt puerum, & *procidentes adoraverunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera.* Venerant adorare: non dicunt Ierosolymis, munera offerre. Quare duntaxat exponitur adoratio, & adorationi munus coniungitur exhibitio? Adoratio exprimit fidem, & munera operationem. Qui fide tantum Dominum adoratum accedit, in conspectu illius vacuus apparet: & quando adorare tantum dicunt, munera offerre in adorationem necessarium; quoniam per munera deprompta ex thesauro legis, patet in templis ex fide entitas adorationis.

Ubi supr.

Fidelis sine lege, quasi careret fide.

Caict.

Iob. 36. 32.

Fulget fidei lux si accedat iustitia lex.

Matth. 2. 2.

Verf. 11.

Mandatorum exhibitio vera Deitatis adoratio.

templo, sed sine motu. *Homines* signat Habacucus *sicut pisces:* qui quidem iure arcantur ab aris; quoniam in templo assistunt absque ulla motione cordis. Qui vitam habet, in templum ingredi potest, iugulareque crimina adam acuto penitentiæ, & Deo animam offerre cum mutatione vitæ: propellunturque homines piscibus similes; quippe impossibile converti, cum accedant ad aras mortui, & à corde. Nil gratum, quod ab invito. Qua arte convertendi, qui nisi mortui non possunt adduci? Haud facilis mutationis hominum vita, qui vel factis accedunt viva cadavera. Intellectus illustratur per fidei lumen: opera à Deo confirmant revelatam veritatem. Ubi fides sine operibus, mortua est: evanescit inter manus vacuas infusa desuper lux: piscesque remouentur à templo, ut timeat etiam expulsionem homo: equidem temere audent accedere sacræ, lumine fidei, verum operibus mortuus.

Habacucus. 14.

Accedentis sacræ cum contritione cordis.

Pessimi furdi, qui insularij.

Audiantur vana, non proficua.

Ubi supr. 7. 41.

Plal. 57. 7. nantis aures suas. Surda? Ideo surda, quia obturat aures: inquit Angustinus hic. Non

deficit sensus in hominibus, sed tantum usus: quominus cogantur venena deponere, audità vel fortuito veritate: arque obturant aures ad incantamen rationis; quippe malunt amittere halitum, quam deponere venenum. Obturant aures, quia salus ex medicamine vocis. Vox rationis clamat, in interiora penetrat, ut expellatur vomica, ac restituantur vita: verum cum venena placeant, & vocum medicamina displiceant; ita gratulantur sibi de infirmitate, ut nec dignentur audire.

Obsinati audacis cordis conditio.

Picinel.

15 Sic igitur cor obstinatum exprimitur aspide, cum hoccine lemmat: *Ne vitium exuat.* Vide Picinel. in *Mind. Symbol.* lib. 7. cap. 2. n. 6. Igitur aurem claudit, qui infirmitatem cognoscit; ceterum sanari renuit. Observa furorem peccatoris non absolute conteri furore aspidis; sed aspidis surdæ, hoc est, nolentis audire: qui sensu caret, utum & impense cupit. Irritatur autem qui audit, audiens quod audire renuit; conterritus peccator aspidi surdæ, aliquomodo veritatis percepta voce; quia illic ut audire vel fortuito veritatem, adinstat aspidis surdæ excitatur in furorem.

Veritas maaser iurari audire nolentis.

Conscientia venena indicat, veritas prolata è suggestu comprobatur: peccator, ut audiatur, sacraria intrat; sed aures extempit obturat, quippe non audit ad placitum, sed ad odium: expelliturque à templo, cui aspidis virulenta conditio; cum aurem habeat patulam in voces fules, & arte obturet ad Consonatoris fulminatas catholice veritates. Blandimen aurium auditur: quicquid peccus corrigit, ab aere expellitur; quin velit cognoscere reprehensione facta, eius silentio prænotari vitia. Verum hoc alibi.

16 Denum: In templum non congruit ingredi mutus; cum ingressus catholicis concedatur in impetrationem cælestium beneficiorum: siquidem si horum hominibus necessitas summa, & in templo obvja singulis gratia; ubi nullum cordibus cælicum munus, est apparere proprie coram Domino vacuus: igitur ita claret inopibus exitus, quasi nullus in templa concessus fuisset introitus. Placet Deo favere hominibus, qui quidem in gratiam flectitur precibus. Locum gratiarum destinavit templum: & quasi non esset, ingredientibus patet; quoniam ore aperto cupiunt, videntque ibi homines beneficia, & ore aperto manent muta animalia. Clamare debent præ inopia, verum corda & ora clausa. Infirmitatis animæ carnisque iacent, è quibus clamantes surgent: ceterum

Ingredientes in templum nihil impetrandi, quia præ necessitatibus non clamant.

